

SPECVLVM VRANICVM

In quo vera loca tum octauæ Sphæræ, tum septem Planetarum mira facilitate ad quodlibet datum tempus ex prutenicarum ratione colliguntur,

Item cum regulis fabricandi duodecim cæli domicilia ex Regiomontano, & Alcabitio, & dirigendi significatores ad promissores sequentes

AD ILLVSTRISS. ET REVERENDIS.

IOANNEM FRANCISCVM MAVROCENVM

Cardinalem Amplissimum.

IO. PAVLO GALLVCIO

SALOENSI AVCTORE.

CVM PRIVILEGIIS.

Venetijs, Apud Damianum Zenarium. M. D. XCIII.

AD ILLVSTRISSIMVM ET REVERENDISSIMVM IOANN. FRANCISCVM MAVROCENVM CARDINALEM AMPLISSIMVM.

CVM diu,& sæpe mecum in animo euoluissem Cardinalis amplissime quidnam illud esset,in quo maiori cum animi tranquillitate, ac voluptate possent homines dum in his corporis compagibus detinentur, inuigilare,illud mihi Isaię sese obtulit,leuate oculos in excelsum,& videte quis creauit hęc: ex quo factum est vt in rerum cœlestium non solum contemplatione, per quam facilè ad aliquam earũ Creatoris cognitionẽ peruenitur,diu versatus sim;sed quantum in me situm est earum partes, motus, aspectus, rationes, qualitates, vires, tum lineis, tum circulis, tum numeris, tum explanationibus, atque interpretationibus, ita sub hominum oculos ponerem, ut si nolent cœlum suspicere mortales, vt Propheta iubet, & ipsa natura nos docet, & adhortatur, illud idem tamen in terris, & libris depictum cernere cogerentur ita, vt aliquando ad eorum artificis admirationem erigerentur. Semper enim illam diuinam diuini Platonis sententiam dignam existimaui, quam, omnes homines, non verbis laudarent,prædicationeq́; celebrarent, sed re ipsa,& factis cōprobarent: homines non sibi solum esse natos,quæ alia ratione in sacris litteris nobis traditur cum iubemur proximos, vt nos ipsos diligere: hanc igitur ob rem harum rerum contemplatione non contentus, licet hinc tantam percipiam voluptatem, vt neque Atlanti, qui ob id in montem dicitur conuersus, neque illi Romano Gallo,quem in dimetiendo cœlo, & terra toctu aliquid scribere ingressum (vt inquit Cato) apud Ciceronem, lux oppressit, & nox cum mane cepisset, minime cedam, volui hoc meum Vranicum Speculum à meis amicis neque harum rerum imperitis iamdiu postulatum typis tradere, in quo, quod in alijs libris maxima cum molestia, longoq́; temporis dispendio colligitur, idem in hoc libro breuiori quadam via,maximaque cum voluptate fiat. Neque huic rei immeritò in hac mea lucubratione potissimũ studui. Illud.n.mihi & reipsa, & litteris edocto compertissimum est. Homines ita natura voluptatẽ sequi, & molesta fugere, vt nihil in humanis rebus sit,quod ad se magis suis illecebris alliciat, atque trahat, quàm ipsa voluptas. Ob eam rem in his molestissimis studijs eam permiscui suauitatẽ,quæ oculis percipitur,quippe quę,honestissima est. vt cum quodammodo duo concurrant sensus ad hanc doctrinam percipiendam alterius labor,alterius voluptate leuetur. Nam, vt figura rotunda est omnium perfectissima, ita etiam omnium pul-

cherrima est, nihilque visu delectabilius, & harum tabularum, quas in hoc libro inseruimus conuersiones videntur nobis illos cœlorum perpetuos motus sub aspectum ponere, quibus non solũ animus delectatur, sed hęc iucunditas ita in corpus redũdat, vt ad vitæ longitudinem (vt testatur Marsilius Ficinus, & primi illi nostri patres experti sunt) maximè conducat. Has igitur meas lucubrationes, in quibus cœlestia explicantur, ei viro mihi dicãda censui, qui cum diuini spiritus sit tantũmodo diuina, & cœlestia sibi in mentem venire permittit, & diu, noctuq; in illis tantum versatur. In quorũ numero, quos multos habet sancta nostra mater Ecclesia, Tu Cardinalis amplissime cum primũ gradũ teneas, meritò has meas de cęlestibus rebus lucubrationes, Tibi cœlesti, ac diuino viro, & Heroi, atque Semideo, dicare, ac consacrare volui. Quis enim cœlestium, ac diuinarum rerum est scientior, quàm Tu, qui non solum, vt diuina præcepta, verum etiam consilia sequaris nulla tui vel commodi, vel etiam salutis habita ratione, primum Senator, & Venetus Senator pro tuæ Reipublicæ libertate, ac salute ad tam multos Christianos principes legationẽ obijsti, & ad ipsum immanissimũ Turcam, quicum agere omnium difficillimum est. Episcopus deinde superioribus annis pro Christiana Republica tam varijs, tamq; perturbatis rebus Legatus in Gallia fuisti, vt nemo sit cũ rerũ vsu peritus, quin esset obrutus: e quib. tãdẽ tu ita emersisti, vt victor, & triũphãs sis Romam reuersus, imo in ipsa victoria triumphum egisti, cum fueris ab ipso Sisto V. max. Pontifice, qui te illuc legauit, rubeo pileo summo omnium consensu, & gaudio decoratus, & in collegium purpuratorum Patrum cooptatus. Quod quantæ tibi gloriæ sit, illud apertissimè docet, quod ille Sistus V. Summus Pontifex extra ordinem, & tempus te ista dignitate decorauit, & maluit nõ omnes leges ad id latas seruare, quàm tuorum in Ecclesiam Dei sanctam meritorum immemor, & ingrati in te animi videri. Quid de Vrbani VII. Summi Pontificis de te iudicio mihi dicendum est? qui vt primum illam Petri Cathedram contigit: nihil sibi potius fuit, quàm vt te, quàm primum, qua ratione posset, honoribus augeret? quod re ipsa Summus ille Pontifex præstitit, & apertiùs id fecisset, nisi illum nobis surripuisset mors Reipublicæ Christianæ salutis pene adeptæ inuida. Illud idem Gregorius XIIII. fecit, quem secutus breui temporis spacio Innocentius IX. Te quoque summis officijs, ac dignitate complexus est. quod item fecit, & facit Clemens VIII. qui nunc Christianis viuit, ac vigilat. Nonne hic Summorum Pontificũ chorus in te omnium virtutum chorum, cœlestem, ac diuinum animum esse testantur? Tibi igitur meritò Cardinalis Amplissime hoc meum de cœlestibus rebus opus dicare volui, & tuo diuino nomine inscriptum, in lucem, & in aspectum dare, vt omnes intelligant, Tuque in primis quanta Te prosequar reuerentia, non solum vt Saloi patriæ meæ Episcopum, sed vt Sanctæ Dei Ecclesię Cardinalem: & quantum in me situm est, Te non humanis solum, sed diuinis honoribus dignum esse cognoscant. Faxit Deus Opt. Max. vt Reipublicæ Christianæ diutissime viuas. Venetijs octauo Kalen. Maias 1593.

Tuæ Amplitudinis

Humillimus seruus

Io. Paulus Gallucius.

PRAEFATIO AD LECTORES.

ILLVD profecto non me latet factum esse apud veteres trium sermone prouerbium. Actum ne agas, quod quidem & ad nos deriuare decet, cum ad bene, beatæque viuendum maxime conducat, quod cũ ego videar in his meis lucubrationibus penitus negligere, cum multi hanc eandem rem pertractarint meum esse existimaui, vt huius rei rationem explicarem, vt dicendi locum illis eripiam, qui forrasse pro gratia maledicta in me conferrent. Duo sunt præcipua, quæ in hoc opere spectauimus, alterum, vt penè vnico intuitu studiosi vera Planetarum loca cognoscerent, quod apud alios huiusmodi scriptores minime fieri potest, cum necesse sit quamplurimas paginas euoluere, antequam vnius Planetæ verum locum consequaris, quod in causa est, vt studiosi sæpe in multos errores labantur, & ab eo studio, quod diuinũ cognitione maxime dignũ est, deterreantur. Hoc autem in Libro nihil opus est folium euoluere; in altera enim pagina vbi Librum aperueris, quo loco opus est, medius motus illius Planetæ inest, in altera eiusdem Planetæ æquationes. quo quid commodius? Alterum verò commodum est, vt quod studium natura molestissimum est, id omni ita labore leuetur, vt maximam voluptatem afferat. Hoc inest in illis rotulis euoluendis ita, vt dixerit Marsilius Ficinus id sæpe in anno euoluere, nedum ipsa tractare ad longam vitam maxime conducere. Præterea cum multi velint huiusmodi tabulis vti non vt ephemerides conficiant, sed, vt cum sibi placet, cœlestem situm, ob oculos ponant cæteris neglectis, ea tantummodo in hoc Libro esse volui, quæ ad hanc rem maximè conducunt, alias tamen si meum studium in hoc genere gratum hominibus studiosis esse intellexero, Deo bene iuuante, adiungam. Præterea ne studiosis sit opus alium librum quærere, vt cœleste thema sibi ob oculos ponant, non solum, quod ad Planetarum loca attinet, verum etiam ad dodecatemoria, & Stellas omnes, quæ fixæ dicuntur, rationem fabricandi duodecim cœli domicilia iuxta Regiomontani, & Alcabitij doctrinam adiunximus, quarum rationum, quilque quæ sibi magis arriserit, eam suis studijs cõplecti poterit. Ad hæc breuem quandam rationem dirigendi significatores ad sequentes promissores addere voluimus, ne quid deesset, quod ad hãc rem maximè faciat. Ex quibus omnibus qui aliquid vtilitatis, vel commodi consequutus fuerit, id Deo Opt. Max. acceptum referat: sin autem quis linceus aliquem viderit errorem, id, quæ in omnibus caritas esse debet, æquo animo, & sine alterius existimationis detractione, corrigat, vel ne legat, quidem. Sic enim natura comparatum est, vt multi reperiantur, qui molestiam percipiant ex ijs cibis, ex quibus alij maximam voluptatem capiunt. & quemadmodum nullus homo liber, & sanus cogitur illum sumere cibum, qui sibi nauseam pariat, ita nemo pariter cogitur, se in illis libris implicari, & in illis studijs versari, ex quibus nullam vel vtilitatem, vel voluptatem colligant. Illud vdim omnibus esse compertum, in meis votis esse, semperque fuisse quantum in me situm est, omnibus prodesse, quam voluntatem bonis omnibus fore gratam confido. Valete Lectores optimi.

IO. PETRI AYROLDI MARCELLINI
art. & Med. Doctoris

IN SPECVLVM VRANICVM.

Ad Ioannem Paulum Galluccium Mathematicum præstantissimum.

Signiferi aspectus moderator, & optime Paule.
Noscere cui cœlum doctus Apollo dedit.
Atque dedit dulces musarum inuisere siluas,
Et bibere e magnis fontibus Aonidum.
Denique secretos sophiæ quem duxit ad hortos,
Felices hortos, quos Dea magna colit.
Non opis est nostræ dignas componere laudes,
Et clarum nomen tollere ad astra tuum.
Ille igitur, qui te tantis virtutibus auxit,
Ornauit tantis, muneribusq; Deus.
Euehat ille tuum latè exoriensq;, cadensq;
Nomen ad Eoas, occiduasq; domos.

PETRI ALBERTI BENACENSIS

AD EVNDEM.

Astra tenent Cœlum. splendent circumq; mouentur.
Quo vero gressu aut ordine, nemo videt.
Ex his, per vacuum, terras, camposq; liquentes,
Surgit id, Occidit hoc: mixtio non stabilis.
Quàm variè, Omnipotens Deus, hæc bona cuncta creauit,
Cerne, homo: in vsus sunt quæque parata tuos.
Huc animum, viresq; omnes, huc dirige frontem.
Hæc tua sit sedes. ipsa perennis erit.
Vis planam, facilemq; viam? ecce hanc scande Ioannes
Paulus Gallucius quam tibi perpolijt.
O bone Iesu, tantus amor tuus? heu, quis habebit
Post, hoc diuinum cognitionis opus?
Quo, cælo & terris, quo, cunctis quæ generantur,
Dans homini, ipse Deus, vult quoque posse frui.

INDEX EORVM OMNIVM, QVAE IN HOC LIBRO CONTINENTVR, IN QVO NVMERVS

Paginam a primam. b secundam. p principium. m medium. f. finem indicat.

In tem-

tutini,

FINIS TABVLAE.

Errata quæ in imprimendo exciderunt sic corrigantur. Primus numerus paginam. a primam. b secundam. Secundus numerus versum indicat.

1 a 13 St 6 [illegible] ibidem 19 [illegible] ibidem 3 [illegible] ibidem b 5 [illegible] ibidem in æquale ibidem 9 4 in canone 2. ubi traditur differentiam temporis addendam esse minuendā est, & ubi traditur minuendam, addenda est. [illegible] a versu 16 usque ad 16 pag 2 b primæ columnæ 3 b 22 pro Planetarum lege verum 4 a. 23. [illegible] ibid 16 [illegible] ibidem b 8 æquationem ibidem 60 [illegible] 4. b ultimo versu pro [illegible] lege 10. 5 a. 47. & 48 grad 47 & grad 40 [illegible] [illegible] 6 a. 35. [illegible] ibid 36 [illegible] ibid 21 pro Solis lege Mercurii 6 b 36 & 38 [illegible] ibid [illegible] 8 b. 19 [illegible] 11 b 1 pro Solis lege Lunæ 16 a 10. Lunæ habeat necesse est 18 b 4 [illegible] 10 a 8 [illegible] latitudinem. ibid [illegible] 10 b ultimo versu quæ absque eas a 7 [illegible] figura legatur D 5 & numerus primæ & septimæ [illegible] 11 49. & [illegible] 11. 21 quod est in duodecima vacat. & [illegible] ponatur in medio primæ 16 b 14 165. ibid 16 303. 29 b in tabula ascensionum numerus polaris qui respondet decimæ respondent undecimæ & reliqui reliquis deinceps 16 b in figura numerus primæ & secundæ sit 25 39. 44 27 b 18 a lege ad integram periodum signi ♓.

Hæc corrigantur antequam libro utaris, & si quæ præterea sint menda candidus Lector tollat & valeat.

SPECVLI VRANICI LIBER PRIMVS

IN QVO AGITVR DE RATIONE INVENIENDI vera loca septem Planetarum à Christi Domini natiuitate vsque ad omne futurum tempus, idque quolibet momento temporis dato.

IO. PAVLO GALLVCIO SALOENSI AVCTORE.

CANON PRIMVS.

Qua ratione tempus oblatum corrigatur pro dierum inæqualitate.

DIES in his omnibus tabulis dicitur illud tempus quod elabitur, ab aliquo meridiano dum Sol percurrit donec ad illud idem meridianum reuertitur perfecta circa terrarum orbem vnica reuolutione: omnes tamen vnius anni dies hoc modo considerati non sunt ad vnguem inter se æquales licet hæ tabulæ per omnes dies, tanquam si essent æquales, inter se distributæ sint. Cur autem non sint æquales nihil attinet hoc loco dicere. Hæc enim speculatio in explicatione sphæræ mundi, & alijs locis traditur. Vt autem facilius Planetarum loca his ratiocinationibus inueniri possint, visum est peritis harum rerum vnis æqualibus diebus vti, quippe qui paruo labore, ad suam ipsorum inæqualitatem redigi possint. Ratione igitur inæqualitatis dierum tuum tempus hoc modo corrigendum est, cum vero loco Solis ad tuum tempus ingredere sequentem tabulam æquationis dierum, & signum in fronte tabulę inuenias, & gradum in sinistra parte, in angulo communi inuenias scrupula addenda, vel minuenda de tuo tempore, vt titulus Adde, vel Subtrahe te admonebit. Cum autem gradum non inueneris ad vnguem in quo reperitur Sol, hoc est cum ad gradus accedunt minuta, tunc pars proportionalis tibi adhibenda est, quomodo hoc exemplo patet. Die primo Septembris 1592. Sol est in grad. 8. 50'. ♍ in meridie, ingredior tabulam æquationis dierum, & inuento signo in fronte tabulæ, & gradu 8. in sinistra parte angulus communis sub titulo tempus, inuenio 6'. 3''. gradui vero 9. respondet in eadem columna 6'. 22''. vt vni gradui competent 19''. ex quibus elicienda est pars proportionalis 50'. minutis competens, quod tum per auream regulā, tum per tabulam sexagenariam quam infra habebis, fieri potest, sed prius per regulam auream. Cuius primus numerus sit 60'. quę inter sunt inter gradum 8. & 9. Secundus numerus sit differentia inuēta inter illud, quod competit grad. 8. & quod competit grad. 9. quod est 19''. tertius numerus illa sunt minuta quæ gradui 8. adhærent. Hoc igitur modo ratiocinatio distribuenda est.

60'. competunt 19''. quot competent	50'.
	19.
	450.
	50.
	95.10.
Partire per 60. hoc modo.	15. 50.

Multiplicato igitur 2°. n°. per 3^{m} & diuiso per primum inuenies quartum numerum proportionalem 50'. respondentem, qui sunt 15''. & 50'''. quibus pro vno 2'. positis, quod fieri solet, cum 30. excedunt, fiunt 16''. quæ sunt addenda illis minutis, & secundis, quæ octauo gradui respondent, quod numerus sequens, hoc est gradui 9. respondens maior est, quæ ratio semper seruanda est, cum sequens numerus crescit, vt, cum decrescit, minuendus est non hìc solum, sed in omnibus alijs tabulis. His igitur 16''. additis ad illa, quæ gradui 8. respondent, fiunt 6'. 19''. quæ de tuo tempore subducenda sunt, vt tuum tempus inæquale ad hoc æquale æquandum est, vt titulus Subtrahe in tabula te admonet, sin autem idem per tabulam sexagenariam efficere volueris inuentis 2°. n°. in fronte tabulæ, & 3^{m}. in latere sinistro angulus communis partem proportionalem tibi dabit. quod idem efficies, si in fronte inueneris tertiū n^{m}. & in latere secundum, vt ipsa quisque experiri potest. Sin autem tibi placuerit hanc æquationem prætermittere, id tutò facere potes, modo locum solis, & Lunæ inuentum per tabulas corrigas addendo, vel minuendo illud, quod in eadem tabula inuenies sub titulo ☉ & ☽ parte proportionali adhibita, cum gradibus minuta adhærent. Quod quidem videtur necessarium cum nequeamus habere verum locum Solis nisi computu confecto, nec computum conficere nisi habito vero loco Solis.

AEQVATIONIS DIERVM TABVLAE PARS PRIMA, huic nostro seculo, motuiq́ Solis, ac Lunæ accommodatus.

Grad ☉	♈ Temp.	☉	☽	♉ Temp	☉	☽	♊ Temp	☉	☽	♋ Temp.	☉	☽	♌ Temp.	☉	☽	♍ Temp	☉	☽
	A	A	A	S	S	S	S	S	S	S	S	S	S	S	S	S	S	S
	′ ″	″	′	′ ″	″	′	′ ″	″	′	′ ″	″	′	′ ″	″	′	′ ″	″	′
0	0 55	2	1	7 52	19	4	10 29	26	6	5 13	13	3	0 17	2	0	3 44	9	2
1	0 36	1	0	8 5	20	4	10 25	26	6	4 59	12	3	0 15	1	0	4 0	10	2
2	0 17	1	0	8 18	20	5	10 20	26	6	4 46	12	2	0 13	1	0	4 17	11	2
3	0 2	0	0	8 30	21	5	10 15	26	6	4 32	11	2	0 12	0	0	4 34	11	3
4	0 21	1	0	8 42	21	5	10 9	25	6	4 18	11	2	0 11	0	0	4 51	12	3
5	0 40	2	0	8 54	22	5	10 2	25	6	4 4	10	2	0 12	0	0	5 8	13	3
6	0 59	2	1	9 5	22	5	9 55	25	5	3 51	9	2	0 13	1	0	5 26	13	3
7	1 18	3	1	9 15	23	5	9 48	24	5	3 38	9	2	0 14	1	0	5 44	14	3
8	1 37	4	1	9 25	23	5	9 40	24	5	3 25	8	2	0 16	1	0	6 3	15	3
9	1 56	5	1	9 34	24	5	9 31	24	5	3 12	8	2	0 19	1	0	6 22	16	3
10	2 15	5	1	9 43	24	5	9 22	23	5	2 59	7	2	0 23	1	0	6 41	16	4
11	2 34	6	1	9 51	24	5	9 13	23	5	2 47	7	2	0 37	1	0	7 1	17	4
12	2 53	7	2	9 58	25	5	9 3	22	5	2 35	6	1	0 32	1	0	7 21	18	4
13	3 11	8	2	10 5	25	6	8 53	22	5	2 23	6	1	0 38	2	0	7 41	19	4
14	3 30	9	2	10 11	25	6	8 42	21	5	2 12	5	1	0 44	2	0	8 1	20	4
15	3 48	9	2	10 17	26	6	8 31	21	5	2 1	5	1	0 51	2	0	8 22	21	5
16	4 6	10	2	10 22	26	6	8 19	20	5	1 51	5	1	0 58	2	0	8 43	21	5
17	4 24	11	2	10 27	26	6	8 7	20	4	1 41	4	1	1 6	3	1	9 4	22	5
18	4 42	12	3	10 31	26	6	7 55	19	4	1 31	4	1	1 15	3	1	9 25	23	5
19	5 0	12	3	10 34	26	6	7 43	19	4	1 22	3	1	1 24	3	1	9 46	24	5
20	5 17	13	3	10 37	26	6	7 30	18	4	1 13	3	1	1 34	4	1	10 7	25	6
21	5 34	14	3	10 39	26	6	7 17	18	4	1 5	3	1	1 45	4	1	10 28	26	6
22	5 51	14	3	10 40	26	6	7 4	17	4	0 57	2	1	1 56	5	1	10 50	27	6
23	6 7	15	3	10 41	26	6	6 50	17	4	0 50	2	0	2 8	5	1	11 11	28	6
24	6 23	16	3	10 41	26	6	6 37	16	4	0 44	2	0	2 20	6	1	11 32	28	6
25	6 39	16	4	10 40	26	6	6 23	16	4	0 38	2	0	2 33	6	1	11 54	29	7
26	6 54	17	4	10 39	26	6	6 9	15	3	0 33	1	0	2 46	7	2	12 15	30	7
27	7 9	18	4	10 37	26	6	5 55	14	3	0 28	1	0	3 0	7	2	12 37	31	7
28	7 24	18	4	10 35	26	6	5 42	14	3	0 24	1	0	3 14	8	2	12 58	32	7
29	7 38	19	4	10 32	26	6	5 28	13	3	0 20	1	0	3 29	9	2	13 19	33	7
30	7 52	19	4	10 29	26	6	5 13	13	3	0 17	1	0	3 44	9	2	13 40	34	8

Cum tempus verum vis mutare inæquale vbi est A, minume, vbi S, adde.

Cum autem hæc Tabula æquationis dierum non possit omnibus seculis conuenire hoc loco regulam generalem adjiciendam censuimus, qua singulis annis, & diebus tam præteritis, quàm futuris idem habere possis. Quatuor igitur habeas oportet Solis motum compositum tui temporis, & eiusdem Solis motum compositum radicis, qua in tuis computis vteris, vt in sequenti vsus sum anni 1584. Motus Solis compositus dicitur medius motus Solis medio motui octauæ sphæræ additus. Duo alia inquirenda sunt ascensio recta veri loci Solis radicis, qua vteris, & ascensio recta loci ueri Solis tui temporis, deinde debes subducere a motu composito tui temporis, motum compositum radicis, & eodem modo ab ascensione recta tui temporis ascensionem, rectam radicis, postea, hæc duo minorem, scilicet numerum ex maiori subducere, & reliquum erit differentia per tempora horaria, quæ in tempus conuertendum est ita, vt cuilibet gradui ascribas 4. minuta temporis, & cuilibet minuto 4″. & cuilibet secundo 4‴. & ita deinceps: sin autem hæ differentiæ fuerint æquales tunc tuum tps erit ęquale: sin autem differentia ascensionum fuerit maior, tempus hac ratione inuentum debes tuo tempori, addere vt fiat inæquale: quod si maior erit differentia motus compositi illud idem tempus subtrahe de tuo tempore, vt fiat inęquale: sin autem volueris tempus inæquale conuertere in tempus æquale contraria ratione tibi agendum est subducendum scilicet cum maior est differentia ascensionum, & addendum cum maior est differentia motus loci ☉ compositi. Quod si vis labore huius computus in Luna leuari pro binis minutis horarum adde, vel aufer (vt æquatio dierum exigit) vnum minutum motui Lunæ inuento per tempus inæquatum, id autem omne ex ipso stadio desumpsimus.

AE QVA-

AEQVATIONIS DIERVM TABVLAE PARS SECVNDA, huic nostro seculo, motuq. Solis, ac Lunæ accommodatus.

Grad. ☉	♎ Temp.		☉	☽	♏ Temp.		☉	☽	♐ Temp.		☉	☽	♑ Temp.		☉	☽	♒ Temp.		☉	☽	♓ Temp.		☉	☽
	S		S	S	S		S	S	S		S	S	S		S	S	A		A	A	A		A	A
	I	II	II	I	I	II	II	I	I	II	II	I	I	II	II	I	I	II	II	I	I	II	II	I
0	33	40	31	8	21	39	53	12	19	47	40	11	7	32	19	4	5	1	13	3	7	44	19	4
1	14	1	34	8	21	47	53	12	19	34	48	11	7	3	17	4	5	18	13	3	7	38	19	4
2	14	22	35	8	21	54	54	12	19	11	47	11	6	31	16	4	5	34	14	3	7	31	19	4
3	14	43	36	8	22	0	54	12	18	56	47	10	6	4	15	3	5	49	14	3	7	24	18	4
4	15	3	37	8	22	5	53	12	18	37	46	10	5	35	14	3	6	3	15	3	7	16	18	4
5	15	24	38	8	22	10	55	12	18	18	45	10	5	6	13	3	6	17	15	3	7	7	17	4
6	15	44	39	9	22	14	55	12	17	58	44	10	4	37	11	3	6	30	17	4	6	57	17	4
7	16	3	40	9	22	17	55	12	17	37	42	10	4	8	10	2	6	42	16	4	6	47	16	4
8	16	22	41	9	22	19	55	12	17	1	[illegible]	9	3	49	9	2	6	52	16	4	6	37	16	4
9	16	42	41	9	22	21	55	12	16	54	42	9	3	12	8	2	7	4	17	4	6	26	16	4
10	17	1	42	9	22	22	55	12	16	32	41	9	2	44	7	1	7	14	18	4	6	14	15	3
11	17	19	42	10	22	22	55	12	16	9	40	9	2	6	6	1	7	22	18	4	6	2	15	3
12	17	57	43	10	22	21	55	12	15	45	39	9	1	48	4	1	7	31	19	4	5	49	14	3
13	17	55	44	10	22	20	55	12	15	21	38	8	1	21	3	1	7	38	19	4	5	36	14	3
14	18	12	45	10	22	18	55	12	14	57	37	8	0	55	2	1	7	45	19	4	5	21	13	3
15	18	29	46	10	22	15	55	12	14	31	36	8	0	21 A	1 A	0 A	7	51	19	4	5	8	13	3
16	18	46	46	10	22	10	55	12	14	5	35	8	0	1	0	0	7	56	20	4	4	59	12	3
17	19	2	47	10	22	5	54	12	13	39	34	7	0	22	1	0	8	0	21	4	4	38	11	3
18	19	17	47	11	21	59	54	12	13	13	33	7	0	48	2	1	8	3	20	4	4	23	11	2
19	19	32	48	11	21	53	54	12	12	46	32	7	1	12	3	1	8	5	20	4	4	7	10	2
20	19	47	49	11	21	45	53	12	12	10	30	7	1	36	4	1	8	7	20	4	3	52	9	2
21	20	1	49	11	21	37	53	12	11	51	29	7	1	59	5	1	8	8	20	4	3	35	9	2
22	20	14	50	11	21	28	53	12	11	23	28	6	2	22	6	1	8	9	20	4	3	18	8	2
23	20	27	50	11	21	18	52	12	10	55	27	6	2	44	7	1	8	8	20	4	3	1	7	2
24	20	39	51	11	21	8	52	12	10	26	26	6	3	6	8	2	8	3	20	4	2	44	7	2
25	20	51	51	11	20	56	51	11	9	58	25	5	3	27	9	2	8	3	20	4	2	26	6	1
26	21	2	52	12	20	44	51	11	9	29	23	5	3	47	9	2	7	8	20	4	2	8	5	1
27	21	22	52	12	20	37	50	11	9	0	22	5	4	6	10	2	7	59	20	4	1	50	5	1
28	21	22	53	12	20	17	50	11	8	31	21	5	4	25	11	2	7	55	20	4	1	32	4	1
29	21	31	53	12	20	2	49	11	8	1	20	4	4	23	12	3	7	50	19	4	1	13	3	1
30	21	39	53	12	19	47	49	11	7	32	19	4	5	1	13	3	7	44	19	4	0	55	2	1

Cum tempus verum vis mutare in æquale vbi est A, minue, vbi S, adde.

CANON SECVNDVS.

Quomodo tempus datum ratione diuersitatis meridianorum corrigatur.

CVm in his tabulis radicibus vtamur, quæ ex prutenicis ad Venetiarum meridianum redactæ sint à Magino, quæ ciuitas est ad longitudinem grad. 32. 30. vt ipse velle videtur necesse est, vt cæteris locis nisi adhibita aliqua correctione minime respondeant. Nam cum sol a quo pendent horæ Venetiarum meridianum contingit orientalioribus post meridianum tempus, occidentalioribus ante meridianum est. Hæc autem differentia meridianorum inuestiganda est, vt hæc correctio fiat. Hoc autem fit per veram locorum longitudinem minorem, scilicet de maiori longitudine subtrahendo, & differentiam graduum, & minutorum in horas, & horarum minuta vertendo, & in locis orientalioribus illam differentiã temporis de tuo tempore minuendo, & in occidentalioribus addendo quod aliquo exemplo illustrabimus vbi rationem conuertendi gradus, & minuta in tempus ostenderimus. Illud igitur sciendum est, quod quindecim gradus vnam horam conficiunt, & quilibet gradus quatuor minuta, & quodlibet minutum quatuor secunda. Ex quo fit, vt hæc conuersio fit facilior, quàm ut tabula indigeat, ut multi fecerunt. Illud etiam lectorem admonitum volo, quòd multi solent hoc loco maiorum ciuitatum catalogum in

ferete, in quo sint illæ ciuitates suis longitudinibus, ac latitudinibus inscriptæ, quod tamen nos prætermisimus, tum quòd nihil certi habemus, tum quòd nostris temporibus si quid certi est, vel quidquid certi habetur ex chartis geographicis, id haberi potest, cum nostra tempestate maxime geographia vigeat. Quod si tua ciuitas, vel locus non erit in illis chartis depictus, quæ ciuitas erit proximior tuæ longitudinem tibi patefaciet. Iam ipsam rem exemplis illustremus, volo corrigere tempus quod Constatinopolis sit obseruatum, vt ex hisce tabulis eo verum Planetarum motum venari possim, inuenio in geographicis chartis Constantinopolim esse collocatam ad longitudinem graduum 56. quæ cum sit maior, quam Venetiarum longitudo hæc ab illa subducenda est, & illarum differentia erit grad. 21. 45'. quibus in tempus conuersis conficiunt hor. 1. 27. Hoc autem tempus tuo tempori addendum est, vt hac ratione corrigatur. Sin autem tempus oblatum Vlisip Lusitaniæ fuerit, quæ vulgo Lisbona dicitur in chartis eius longitudine inuenta graduum quinque, & subtracta de Venetiarum longitudine reliquum est differentia graduum 29. 15'. quæ vt dictum est, cum ad vnguem certa minime habeatur, si dixerimus esse triginta graduum, habebimus duas horas integras differentiæ, quæ duæ horæ subducendæ sunt de tempore dato, vt tempus correctum habeatur. Illud etiam lectorem admonitum volo, quòd si forte acciderit, vt aliquod tempus nobis sit corrigendum alicuius loci, quod hac ratione Venetijs distare videatur amplius quam 180. gradus tunc necesse est, vt illa differentia quæ est amplius quam 180. gradus subducatur de 360. & reliquum erit vera differentia, quæ locum illum non orientaliorem, sed occidentaliorem indicat, ob id tempus, quod ex illa differentia conuersione fit addendum est non minuendum, illud etiam lectorem admonitum volo, quòd posuimus his tabulis cum Magino esse Venetias ad longitudinem graduum 32. 30'. licet alij velint eas esse ad longitudinem graduum 34. 30. quisque tamen sequatur, quam velit sententiam, differentia erit solum 8. minutorum temporis.

CANON TERTIVS.

De motu æquali, & qua ratione sit colligendus.

Etsi non æquali tempore æquale Zodiaci spacium perambulent Planetæ: Astronomi tamen æqualem motum excogitarunt, quem, & medium motum vocant, quo uerum motum facile (ut suo loco dicetur) reperiunt. Vt igitur verum motum, vel octauę sphęrę, vel alicuius Planetarum habeamus, medius eorum motus prius inuestigandus est. Quod vt faciliùs intelligatur, prius mediorum motuum tabulę explicandę sunt. Octo igitur sunt hę tabulę, octo paginis descriptæ. Prima est octauę sphęrę, secunda Solis, tertia Lunę, quarta Saturni, quinta Iouis, sexta Martis, septima Veneris, octaua Mercurij. Harum vero tabularum quęlibet in quinque partes distributa est, quarum prima continet medium motum ad certum aliquod tempus, vel potius ad aliqua certa tempora, quas radices Astronomi vocitare solent, quod vt arbores radicibus nituntur, ita reliqua tempora ab ijs quodammodo pendent. Nam prima radix est ad meridiem vltimi Decembris post Christi Domini natiuitatem, secunda est ad meridiem pariter Decembris post 100. 1000. 1500. tum 1582. quod est initium primi anni post Gregorianam anni correctionem, quo tempore incipit annus 1583. Deinceps est ad initium anni 1584. qui annus bisestilis est deinde 1600. 1700. 1800. 1900. 2000. & hi omnes anni completi sunt, non scilicet vt vulgò annis vtimur, qui incipimus nominare annũ, cum ipse annus elabi incipit, non cum iam lapsus est; sed hoc loco nominamus annum, cum iam effluxit, quod hic maxime notandum est, vt exempli gratia cum hæc scribebam erat primus dies Septembris 1592. vt vulgo loquimur. vt tamen Astronomi est annus 1591. completus, menses octo, dies vnus, ob eam rem, hoc loco anni menses, & dies, & horę, & horarum scrupula completa dicuntur, & accipiuntur, sed iam redeamus ad rem, cum autem nonnunquã nobis sit opus scire medios motus, vel ęquales interim dios ob eam rem in secundam tabulam medios motus in annis expansis digessimus ab vno vsque ad centum annos, ut inde facile medij colligantur motus, qui intercedunt annos in prima tabula collocatos. In tertia tabula habes candide lector medios motus in singulis mensibus, & hi duplici ordine sunt collocati, vel potius duplices sunt. Alteri enim anni cõmunes, alteri bissestiles anni sunt, vt tabularum inscriptiones indicant. In quarta sunt ęquales motus in singulis diebus ab uno vsque ad triginta. In quinta medios motus in singulis horis minutis, & secundis, ut cuiuslibet quamuis minuti temporis medios motus habere possis. Nunc autem ordo postular, vt doceamus, qua ratione ex his tabulis medios motus ad aliquod certum tempus colligas. Quod non vnico exemplo explicaturi sumus. Primum igitur habeas tuum tempus correctum, & emendatum vt in superioribus duobus capitibus traditum est. Dein de ingredere tabulam radicum, quæ prima est, vt superius dictum est, & collige illam radicem, quæ proxima tuum tempus antecedit si non datur tuum tempus ibi præcise esse descriptum, huc autem medium motum debes seorsim describere, vel hos medios motus, si plures sint, vt sunt in omnibus Planetis præterquam in Venere, si quid autem temporis superest, ex cæteris tabulis illius medius motus si colligendus est, & ita, ut post radicale tempus colligas ex secunda tabula annorum medium motum, qui expansi sunt, mensium deinde, tum dierum postremum horarum, & scrupulorum si quæ prę terea adhærent, vt nos hoc exemplo fecimus, sit propositum colligere tempus huius horæ in qua hæc scribo, quæ est hora secunda. Diei secundi Septembris 1592. & more astrologico 1591. Menses 8. completi, & dies 1. horę 12. In tabula radicum inuenio radicem proxime minorẽ esse anni 1584. cuius radix est Sig. 0. 27. 38. 36. 12. 0. 14. Anomaliæ vero Sig. 11. 15. 51. 28. 40. 18. sed cum adhuc supersint anni 7. & hic numerus minime in tabula reperiatur, id faciendum est duplici introitu maiori, scilicet minori, deinde quatuor igitur primum cuius medij motus sunt Sig. 0. 0. 3. 20. 56. 35. 40. & Anomaliæ Sig. 0. 0. 50. 21. 17. 15. 6. tribus verò annis respondent in primis medijs motib. Sig. 0. 0. 2. 30. 36. 15. 24. in secundis Sig. 0. 0. 37. 44. 24. 52. 50. collectis medijs motibus annorum cõpletorum colligendi sunt mensium, octaui scilicet mensis completi, qui Augustus est & anni bissestilis cum hic annus huiusmodi sit, qui est primum Sig. 0. 0. 0. 33. 33. 33. 31. deinde Sig. 0. 0. 8. 24. 34. 54. 50. ad dies deinde te conuertas oportet, qui vnius enim medij motus sunt Sig. 0. 0. 0. 0. 8. 15. 8. postea Sig. 0. 0. 0. 2. 4. 4. 39. Postremus venias oportet ad

horas

horas quæ sunt 11. & primi numeri erunt Sig. 0.0.0.0. 3. 46.56. & secundi Sig.0.0.0 0.56.52.8. si minuta adhærerent eodem modo procedẽdum esset. hi numeri omnes debent in vnam summam colligi primi armen scilicet medij motus per se,& secundi anomaliæ seorsim, & si numerus Signorum duodecim excesserint duodecim abijciendi sunt integer, s. circulus, & reliqui numeri seruandi pro ueris medijs motibus. Hęc omnia infra habes ante oculos posita.

S	G	I	II	III	IIII	V	
0	27	38	36	12	0	14	Pro anno 1584.
0	0	3	20	56	35	40	Pro annus 4.
0	0	2	30	36	15	24	Pro anni 3.
0	0	0	33	32	33	31	Pro mense Augusti Biss.
0	0	0	0	8	15	8	Pro die 1.
			0	3	46	56	Pro hons 11.
0	27	41	0	30	25	43	Summa omnium
11	15	45	3	9	20	0	Pro anno 1584.
0	0	50	27	17	15	6	Pro annis 4.
0	0	37	41	24	52	50	Pro annis 3.
0	0	8	24	34	54	50	Pro mense Augusti Biss.
0	0	0	2	4	4	17	Pro die 1.
			0	56	52	8	Pro horis 11.
11	17	21	36	27	19	23	Omnium summa

Cum autem in Sole tres medij motus colligantur, Solis eius centri,& eiusdem argumenti hic, & hoc exemplum addere visum est,vt studiosi facilius rem traditam percipiant,idq; fiat pro eodem tempore pro quo octauę sphęræ medios motus collegimus.

S	G	I	II	III	IIII	
8	11	43	14	20	16	Pro anno 1585.
11	29	58	24	53	16	Pro annis 4.
11	29	14	27	31	25	Pro annis 3.
8	25	29	18	14	34	Pro mense Augusti comp.
0	0	59	8	11	22	Pro die 1.
0	0	27	6	15	13	Pro horis 11.
4	22	31	29	26	6	Summa medij motus ☉
5	23	50	31	34		Pro anno 1584.
6	0	25	10	39		Pro annis 4
0	0	18	52	12		Pro annis 3.
0	0	4	12	17		Pro mense Augusti comp.
0	0	0	1	2		Pro die 1.
	0	0	0	28		Pro horis 11.
5	24	28	40	2		Summa centri ☉
5	29	37	27	44		Pro anno 1584.
11	29	56	42	36		Pro annis 4.
11	29	3	10	52		Pro annis 3.
8	0	29	1	10		Pro mense Augusti comp.
0	0	59	8	7		Pro die 1.
	0	27	6	13		Pro horis 11.
2	0	42	30	42		Summa argumenti ☉

Hoc sit satis vt intelligatur qua ratione medij motus colligantur: eodem enim modo, & in ceteris Planetis agendum est. Iam igitur videamus quomodo æquationes sint colligendæ.

CANON QVARTVS.

Quomodo æquationes colligantur.

HAc quædam vniuersalis ratio tradenda est, qua æquationes colligantur: nam sigillatim in singulis Planetis rem ipsam facilè aperiemus. Hic tamen animaduertendum est, quòd aliter in octaua sphæra aliter in Planetis colligitur in hoc libro, hisceq; tabulis licet in alijs eodem modo fiat. Primum igitur de octaua sphæra, deinde de Planetis dicatur. Ingredere igitur circulũ æquationis octauæ sphęræ, quæ reperitur statim post eius tabulas, ex quibus medios eius motus collegisti, & regulam mobilem, quæ in illius medio est, pone super signum, atque gradũ anomaliæ octauæ sphæræ, quã collegeris, & numerum qui sub regula cadit seorsum scribe vnà cum numero signorũ, & grad. quibus ille numerus præcisè respondet, & ex his subtrahere debes tuam anomaliam relictis tertijs scrupulis & reliquis fractionibus si quæ prætetea adhærent, & quod reliquum est tibi præbebit vsum ad inueniendam partem proportionalẽ æquationis, & illo pro tertio numero tibi vtendum est. Primus verò numerus erit hoc loco semper, 10. nam decimoquoque gradui sua æquatio in hac tabula accommodata est. Secundus verò numerus est differentia, quæ est inter æquationes immediatè regulam antecedentem & immediatè sequentẽ, inter, s. numerũ proxime minorẽ & proxime maiorem, quæ cognoscitur maiori de minore subtracta cognita parte proportionali per auream regulam illa addenda est æquationi, quæ in tabula est in paucioribus gradib. quam est anomalia, & antecedentem in hoc loco vocamus, si hic numerus ęquationis minor est, quàm proxime maiori respondet, quã octauæ sphæræ· contra verò facere debes, cum est maior, scilicet eam subducere debes, & quod ex illa additione, vel subtractione prouenient, erit vera octauæ sphæræ æquatio. Iã aliquod exemplum addamus, & superius medium motum octauæ sphæræ collectum æquemus, cuius anomalia est Sig. 11.17.21.36. omissis reliquis fractionibus hoc loco. Pono regulam in circulo affixam super hoc signũ & gradum, & video in limbo circuli ante regulam grad. 0.12′.24″. & sequitur. grad 0.24′.25″. subtracta minori de maiori reliquum est 12′.1″. & hæc differentia sit secundus numerus in ratiocinatione, primus sit 10. cui hæc differentia respondet subtraho deinde ex anomalia numerum graduum, & signorum, qui respondent numero proximo minori, & reliquũ est grad. 7 21′.36″. omissis tertijs & reliquis fractionibus minutioribus, quod semper faciendum est, & si tertia etiam sunt plura, quàm 30. potes paruo cum errore addere secundis vnum. Iam ratiocinationem distribuamus hoc modo. Si grad. 10. debentur 12′.1″. quot debentur grad. 7.21′.36″. sed cum hęc via sit longa, & erroribus nimis obnoxia, in huiusmodi rebus tutius est canone sexagenario vti altero numerorum in frõte altero in latere dextero, vel sinistro inuento, quodque in angulo communi inueneris illud erit quod ex multiplicatione illorum duorum numerorum prouenit, sed cum nulla sit numeri denominatio in eo canone priusquam nostrum exemplum prosequamur operæpretium est hanc rẽ declarare, vt studiosi hinc aliquam vtilitatem percipiãt. Animaduertas igitur, quod in hac tabella traditur.

Tabella

Tabella denominationis fractionum.

Numerus.		Numerus.	
Ducendus.	Ductus.	Ducendus.	Ductus.
Grad. per gr.	Sig. & grad.	Sec. per sec.	Ter. & quar.
Gr. per min.	Grad &min.	Sec. per ter.	quar.&quin.
Gr. per sec.	Min. & sec.	Sec. p quar.	Quin. & sex.
Gr. per ter.	Sec. & ter.	Ter. per ter.	Quin. & sex.
Min. p min.	Min. & sec.	Ter. p quar.	Sex.& sept.
Min. per sec.	Min. & ter.	quar. p quar.	Sept. & oct.
Min. per ter.	Ter. & quar.	quar. p quin.	Octa. & no.

His cognitis nostrũ exemplum ad finem perducamus. Numeri hoc ordine singuli sub suis denominationibus collocentur.

Grad.	Min.	′.	″.	‴.	
7	21 12	36 1			
1	24 4 7	12 7 21	12 36		12′ cum 7 grad 12′ cum 21′ 12 cum 36 1′. cum 7 grad. 1′ cum 21 1″. cum 36′.
1	35	40	48		Partire per 10.
	9	34	24	48	Pars proportionalis respõdens grad 7 21′ 36″.

Hęc pars proportionalis si minuerimus de numero inuenio in circulo æquationis octauæ sphæræ, qui respondet numero proximo minori quod decrescit, consurget pro æquatione absoluta 14′ 51′. 36‴. quæ pars proportionalis modo additur, modo minuitur de medio motu, vt sub circulo æquationis traditur.

Eodem modo fit in Planetis etiam, sed tamẽ in hoc differunt, quod vt in octauæ sphæræ æquatione primus numerus est decem, quòd æquatio in decimum quoq; gradum in circulo distributa est: in Planetis primus numerus est. 2. vt, quod ex multiplicatione prouenit, in duas partes tantum diuidendũ sit, & altera pars erit æquatio quæsita, vt si velles æquationem centri collecti in hoc capite inuenire, ingredere suæ æquationis circulum cum Sig. & grad. & minutis, centri, & numerum præcedentem, & sequentem regulam seorsim nota, & minorem de maiori subducito & reliquum erit numerus secundus, tertius verò erit, quod prouenerit ex subductione centri ex signis, & gradib. quibus respondet æquatio regulam præcedens, quibus in se ductis more Astrologico, vt superiùs traditum est, & diuisis per 2. habebis partem proportionalem quæsitam. Nam centrum est superius Sig. 5. 24. 38′. 48″. 12‴. cum Sig. 5. 24′. 38′. ingredior circulum æquationis Solis, & inuenio signa in parte interiori circuli, vt centri æquationis regula ostendit, & gradus in limbo eiusdem circuli, & illi gradus qui eodem modo leguntur, & nota qui numeri præcedant, & qui sequantur lineam eiusdem regulæ vbi eam posueris super locũ signi 5.24.38′. seorsim exscriptis, qui sunt gr. o.53. respondentes Grad. 24. & Gr. o. 35′. respondentes gradui 26. & minori numero de maiori subtracto reliquum est 18′. quæ pars duobus minutis respondent. signa autem 5. & 24′. qui numerus est proxime minor subduco ex centro omissis tertijs reliquum est 1′. 21″. quæ hoc modo multiplicantur, & multiplicata per 2. diuiduntur, & ex diuisione reliquum est 12′. 9″. qui numerus cum decrescat à Grad. 24. ad Gr. 26. debet minui de illa æquatione quę respondet Grad. 24. quæ cum sit Grad. 0.53′ his subtracta reliquum est Gr. 0.51′.50″. & hæc est vera centri æquatio, qua addenda, vel minuenda est, vt regulæ sub circulo æquationũ scriptæ admonent: hæc satis de parte proportionali adhibenda; si quid erit pręterea quod hoc loco non sit a lectore cognitum cognoscetur aliàs cum de singulis Planetis tradetur.

′	″	‴
38 18	48	
11	24 14	34
11	38	24
5	49	52

CANON QVINTVS.

De colligendo vero motu octauæ sphæræ, quæ precessio æquinoctiorum dicitur, & quem vsum prestet.

NIHIL est profectò, quod in hac re æquè studiosis conducat, tum ad hæc, quæ in hoc libro tractantur, tum ad cætera huius modi, quàm pręcepta ad praxim reuocare: ob eam rem in his octo canonibus octo præcepta, octo exempla illustrata studiosus lector habebit, & ne eius mens confundatur, licet diuersis rõnibus id fieri possit, & diuersis nominibus huius facultatis scriptores vtantur, vnicam tamẽ rationem nos sequimur, & quæ ex probatissimis scriptoribus facilior nobis visa est, & ijsdem nominibus semper vtimur: quæ ratio multum vtilitatem studiosis afferre mihi videtur, præsertim quod hac intellecta faciliùs poterunt studiosi reliquos scriptores intelligere. Quod non ita eueniet cum multę & inter se longe diuersę rationes proponuntur. Ponamus igitur nos scire velle octauæ sphærę, vel pręcessionis ęquinoctiorũ Planetarum motum die 5. Septembris, Ho. 2. 30′. post meridiem, quo tempore hęc scribebam: hoc modo ex suis tabulis medius motus colligitur.

S	G	′	″	‴	⁗	V	
0	27	38	36	12	0	14	Pro anno 1584.
0	0	3	20	56	35	40	Pro annis 4.
0	0	2	30	36	15	24	Pro annis 3
0	0	0	33	33	33	31	Pro toto mense Augusti B.ss
0	0	0	0	41	15	41	Pro diebus 5
			0	0	41	16	Pro horis 2.
			0	0	10	19	Pro minutis 30.
0	27	45	2	0	32	5	Summa medij motus octauæ sphæræ.
11	15	45	3	9	20	0	Pro anno 1584.
0	0	50	21	17	15	6	Pro annis 4.
0	0	37	44	24	52	50	Pro annis 3
0	0	8	24	34	54	50	Pro toto Augusto Biss.
0	0	0	10	20	23	15	Pro diebus 5
			0	10	20	23	Pro horis 2
				2	35	6	Pro minutis 30.
11	16	21	47	59	41	20	Summa Anomaliæ octauæ sphæræ

Medijs motibus ita collectis cum medio motu Anomaliȩ ingredere circulum ęquationis cum Sig. 11.16. 21. & habebis in numero sequente regulam gr. 0.24′25″.
In numero pręcedenti gr. 0. 12′ 24′.
Quo numero subtracto
Reliquum est vt vides gra. 0.12′. 1′.
& hęc differentia competit decem gradibus vt dictum est. Alia quoque differentia ita inuestiganda est.
Sig. & grad. ęquat. pręcedentis. Sig. 11. 20.
Anomalia. 11.16. 22.
Hoc modo institue rationem. 3. 38.

G	′	″		
3 0	38 12	1		
	36 7	36		
		3	38	
	43	39	38	Omnium summa.
	4	21	54	Partire per decem.

Hęc autem pars proportionalis addenda est numero ęquationis pręcedentis regulam, quę est gr. 0.12′.24″.

4. 21. 54.
Gr. 0. 16. 45. 54.

Hęc ęquatio correcta & absoluta addenda est medio motui octauæ sphęrę, & inde consurget verus eius motus qui ęquinoctiorum pręcessio dicitur hoc modo.
Medius motus octauę sphęrę. Sig. 0. 27. 45. 2.
Aequatio correcta. Sig. 0. 0. 16. 46.
Vera ęquinoctiorum pręcessio. Sig. 0. 28. 1. 48.

Hæc autem præcessio æquinoctiorum triplicem nobis vsum pręstat.

Primus ad veram Stellarum fixarum longitudinem ab æquinoctio Verno, vel primo puncto Arietis decimæ sphæræ cognoscēda. Illam namque, si addiderimus longitudinibus Stellarum, quę in catalogo Stellarum reperiuntur illam facile designabis, vt suo loco dicemus in tertia scilicet parte.

Secundus est, si Apogęis Planetarum eam addideris habebis eorum singulorum vera loca ab ęquinoctio Verno.

Tertius est, vt per illam definire possis vera loca Planetarum quolibet tempore ab ęquinoctio Verno, qui primus punctus Arietis primi mobilis dicitur. Quę omnia in sequentibus suis locis facile cernuntur.

CANON SEXTVS.

De vero Solis loco inueniendo

POST octauę sphęrę motus, Solis motus inuestigandus est, quòd illius medius motus ad cęterarum Planetarum veros motus, vt suo loco dicetur, maxime conducit. Est enim ipse cęterorum luminum moderator, ac rector: siquidem cętera omnia illi seruiunt, & illius motui quadam proportione respondent, vt in Planetarum Theoricis apertissimè traditur. Iam igitur huius rei tum præcepta, tum exempla mihi aggredienda censeo. Primum igitur tres medios Solis motus colligas oportet, vt superius traditum est, scilicet medios motus Solis, centri, & argumenti, quibus collectis ingredere circulos ęquationis Solis, & ibi tres partes mobiles inuenies cum quarta immobilis sit, quę Zodiacus est in sua signa, & gradus diuisus, & quilibet etiam gradus in quatuor partes distributus, in quo Zodiaco debes reducere indicem ex circulo mobili prominentem ad locum medij motus Solis ad tuum tempus collecti, & ibi aliqua ratione firmandum, vt fit, cera, vel alia ratione: deinde in Zodiaco circuli mobilis, cuius signa sunt in parte circuli interiore, & gradus in limbo debes regulam centri firmare ad locum centri medij collecti, & eodem modo faciendum est cum regula argumēti, ex hæc tria firmanda sunt, sed animaduertere debes quod aliter hoc loco distributus est Zodiacus, atque est in circulo. Nam in hoc duplici ordine continetur. sex enim priora signa quæ & descendentia hoc loco dicuntur à dextera ad sinistrā proficiscitur tam signa in parte interiori, quàm gradus in parte exteriori: reliqua verò sex, quæ & posteriora, & ascendentia vocantur à sinistra ad dexteram progrediūtur, & contrario modo leguntur, vt legentibus facile patet. Præterea in area circuli mobilis quatuor continentur centrum, cum scrupulis proportionalibus, quæ duo regula centri inueniuntur, & argumentum cum excessu, quæ pariter cum regula argumenti significantur. Primum igitur vide numerum præcedentem & sequentē regulam centri, & seorsim exscribe & minorē de maiore subducas, & differētia hoc modo inuenta erit pars duobus gradibus competens. Secundam deinde differentiā inquires subducendo tuum centrum mediū ex numero graduum, qui respōdent numeris immediatè præcedentibus, & differentia inuenta ducenda est in differentiam primam superiùs inuentā, & quod inde consurgit, diuidendum per 2. & reliquum

erit

erit æquatio centri addenda, vel minuenda de argumento medio, vt cautiones admonent quæ sub circulo æquationis sunt, sed antequam moueatur regula notanda etiã sunt separatim scrupula proportionalia correcta per partem proportionalem, & in vsum seruanda sunt. Regulam igitur argumenti debes promouere, vel retto ad locum argumenti veri, qui dicitur ita argumentum medium vbi illud per centri æquatione correxeris, sub regula deinde argumenti veri duo pariter collegeris argumenti æquationem & excessus quæ duo per partem proportionalem corrigenda sunt separatim. deinde excessus ducẽdus est in scrupula proportionalia prius seruata, & quod inde prouenit addendum est æquationi argumenti semper, & ita fiet argumenti æquatio perfecta, & absoluta, quę addenda est, vel minuenda de medio motu Solis, prout cautiones sub circulo æquationis positę admonent, & habebis locum Solis à Stella præcedenti in cornu Arietis, cui addita præcessione æquinoctiorũ, & ad illum locum index promotus tibi ostendet verum locũ Solis sub Zodiaco primi mobilis, quod est, quod quærimus. Antequam huius præcepti exemplum habeat lector illũ admonitũ volo quod vbi cõsuetudinẽ adhibendæ partis proportionalis ceperit, vbi medios motus colligerit facile poterit omnes, æquationes colligere ex suis tabulis sine vllo computu, quod scribendo fiat, sed motu solum regularum, & indicis facile omnium Planetarum locum inuenies penè subitò, sed antequam sibi fidat in hac re necesse est sępe quo modo hoc exemplo docebimus Planetarum locũ inuestigare, videre deinde num idem repetiat sine computu quod nõ fiat pẽna, sed tantũmodo mente, & motu tum indicis, tum regularum in circulo æquationũ affixarum. Iam igitur exemplum exponamus, & sit eiusdem temporis, cuius, & præcessio ęquinoctiorum superius collegimus, vt illa vti possimus, nec alia nobis inuestiganda sit.

S	G	′	″	‴	
8	11	43	14	20	Pro anni 1584. cum radice
1	9	58	20	53	Pro annis 4.
1	29	14	27	32	Pro annis 3.
8	0	29	18	15	Pro toto Augusto Biss.
0	4	55	40	57	Pro diebus 5.
[illegible]	0	4	55	41	Pro horis 2.
	0	1	13	55	Pro minutis 30.
11		27	15	23	Summa medij motus Solis.
	17	50	17	34	Pro annis 1584.
0	0	25	10	7	Pro annis 4.
		18	52	12	Pro annis 3.
